



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

426. An, & qualiter post mortem Coadiuti Coadiutor mittendus in possessionem cum integro statu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](#)

158 Tract. II. Cap. IX. De possessione à Coadjutore accipienda, &c.

non videatur implicare, quod minus Coadjutor possit procurare, & adipisci possessionem solutis juribus & præstito juramento: ex nunc prout ex tunc: illaque dicatur quoque possessio facta, seu conditionalis sicut titulus, ita tamen, ut ea non sit fructuosa seu talis, quæ possit possidere, administrare ad exclusionem Coadjuti viventis, licet aliæ possit naturalis possessio sive naturâ habitualis, efficiatque, quod sicut post cessum vel deceatum Coadjuti non est opus novâ provisione, ita nec novâ possessione, nullumque futurum sit temporis intervallum, quo vacua intelligatur possessio; utpote quod possessio actualis prius capta, saltem civiliter, in vita Coadjuti per Coadjutorem retenta, ac impedimento gaudientia fructuum sublatum, aut celsante, habitus ille ipsi jure redigatur in actum, siatque vera, naturalis, formalis, fructuosa, & plena possessio; ita ferè à n. 15. usque ad 19.

4. Secundò, ut habet à n. 20. ad 22. quod nequeat obtendi defectus veri tituli, quodque is solum sit conditionalis, dependens ab eventu; & id quod licet possessor in beneficialibus sine titulo dicatur occupator injustus & intrusus; defectus tamen tituli non impediatur acquisitionem possessio- nis; pro quo citat Abb. in c: in literis: de ref. foliat. sub n. 20. & Lott. l. 3. q. 24. n. 5. Ad hanc sicut Coadjutor habet titulum ex nunc prout ex tunc, ita ha- bet possessionem ex nunc prout ex tunc.

5. Tertiò ut habet n. 23. quod non videatur considerabilis textus ille l. 2. de acquir. poss. & id quod licet physice loquendo duo non possint eandem rem in eodem gradu & adiquatè possidere; & non videatur tamen incompatibile moraliter, ut duo eandem rei in diverso respectu, ac subordinatè pos- sideant ad exemplum ferè Episcopi & Vicarii. Et sic in hoc casu Coadjutor poterit recipi in Pra- tum seu ad juramentum (ne dicatus idem corpus habere duo capita) sub conditione vel modo: ex nunc prout ex tunc: suspenso effectu formalis & ga- vitorio fructuum in tempus congruum, celsus nempe vel deceatis Coadjuti, idque sine præju- dicio Coadjuti, qui possessionem suam continua- bit cum perceptione fructuum etiam sine præju- dicio Coadjutoris. Atque ita ait n. 26: per hanc practicam preventa possessionis, non vacaturam possessionem per obitum Coadjuti, obviandumq; variis difficultatibus, quæ alias possent occurre post obitum Coadjuti super justificatione gratia cum retardatione possessionis juxta tradita per Lott. l. 2. q. 25. n. 3. qui tamen ibi de hoc nihil.

6. Ac denique n. 27. concludit dicendo, nul- lam igitur superesse rationem, cur Coadjutores non procurent possessionem secunda gratia; imo potius patiantur inseri clausulam capienda de- dum possessionis post cessum, vel deceatum Co- adjuti, quam avaritiam, seu necessitatem solvendi jura cum incerta spe fructuum, vel potius imperi- tiam scriptorum Curia Romana, aut practico- rum agentium. Dum de cetero non sit timenda aliqua oppositio ex parte Capitulorum, ex quo Capitula non faciunt difficultatem recipiendi plures ad possessionem cum clausula: *Salvo jure ca- justibet*: utpote per quod nihil iis depereat, & post cessum, vel deceatum Coadjuti non minus deduc- corent tempora caretiarum; cum gratia Co- adjutorialis, etiam possessione lecta, in effectu seu respectu fructuum non operetur, nisi postquam Coadjutor post cessum vel deceatum Coadjuti actu vel habitu incipit facere fructus ex sua persona, li- get fabrica vel ecclesia aut Capitulum percipiat,

Questio 426. An, & qualiter post mortem Coadjuti Coadjutor mittendus in posse- sionem cum integro statu?

• R Esp. Mittendum illum in possessionem be- neficii cum integro statu ejus, id est, cum præbenda aliisq; juribus Canonici unitis. Secus est in membris separatis à Canonici. Ven- trig. tom. 2. annos. 13. n. 34. ita ut, si consuetudo est in ecclesia optandi præbendam, eam non amittat Coadjutor, ut ea à seniore oprari nequeat; & hoc ratione appositionis manus Papæ. Ventrig. ibid. citatis pro hoc varias Rotæ decis. Succedit enim Coadjutor in dictis omnia beneficio annexis, non in aliis ei non annexis. Tondut. qq. benef. p. 1. t. 90. n. 25. ubi: si agatur de præbenda vel præsti- mento Canonici unito, non autem de domo, vel prædio separato à Canonici, tunc Coadjutor succedens in Canonici; succedit etiam in illis; cum sint ex iis, quæ cum Canonici transferun- tur, illique adhærent. Et licet connexio istarum præbendarum non sit perpetua (de qua annexione videndum Abb. in c: majoribus de præbend. n. 4. & in codicillo: tit. eod. n. 6.) est tamen spiritualis, & dicimus de dependentiis Canonici, & sub Canonici concessione continetur. Tondut. n. 27. citans Garc. p. 4. c. 5. n. 118. & Lott. l. 2. q. 25. & seq. E contra regulam generalis est, præcindendo à clausulis forte specialiter in litteris Coadjutoriis cōtentis, Coadjutoriā cessante, per cessum vel deceatum Coadju- ti, Canonicos tempore cessationis hujus existentes posse exercere optionem in præjudicium Coadjutoris supervenientis, quando agitur de membris distinctis & separatis à Canonici, de cuius Co- adjutor agitur; quia cum supponamus ea esse omnino distincta & separata à Canonici, non comprehenduntur in provisione Canonici facta in favorem Coadjutoris. Clausula enim illa: cum juribus & pertinentiis annexis & connexis dicti Canonici &c. non comprehendit hæc membra, quia nullam habent cum Canonici annexionem; Tondut. loc. cit. n. 21. & 22. Porro probanda annexio per eum, qui in ea se fundat: Tondut. loc. cit. n. 28. Ut verò dignoscas queant, quænam sint præbenda & prædia annexa, & quæ separata, duo distinguen- da annexiorum genera: Primum earum rerum, quæ à certo Canonici sunt inseparabiles, ita ut nemo possideat Canonicum, quin simul obtineat prædiū aut præbendam illi annexam; veluti Priorat (idem est de beneficio alio alteri beneficio accessoriū unito), utpote quod per unionem illam factum est prædiū illius beneficij, cui unitum) certo beneficio, aut Dignitati perpetuo unitus & annexus, & in quem non cadit optio. Alterum earum rerum, quæ sunt quidem annexæ in ge- nere alicui ex Canonici, sed non uni potius quam alteri, & modò ad unum, modò ad alterum pertinente; & hæc annexio quia non est perpetua, sed revocabilis, bene se compatitur cum jure o- pendi. Tondut. n. 29.

2. Atque ex his concluditur, quod cum Coad- jutus in virore sententia Garcia (quam nos su- pra, ubi in Coadjutori impedire possit Coadju- tum ab optione alterius præbendæ, secessi fuisse) post Coadjutoriam optare possit in tali casu, sicut Coadjutor subrogatur in Canonicatum, ita & in prædiū aut præbendam illi vi optionis, etiā de novo factæ, annexam uou obstante, quod annexio sit revocabilis, & variabilis reddi possit per optionem. Tondut. cit. n. 29.

Quest.